

id est, epistolam regis quæ continebat edicta supradicta. SATRAPIS REGIS, id est, ejus. Antecedens pro relativo. TRANS FLEMEN, scilicet Euphratem. ET EXALTAVERUNT, etc., id est, satrapæ illi et duces regis favorunt quàm maximè populo et templo Dei; Israelitas singulari favore prosecuti sunt (1).

(1) VERS. 56. — ET ELEVAVERUNT POPULUM, etc., *sublevarunt* muneribus et subsidiis, amicè

## CAPUT IX.

1. Postquàm autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes: Non est separatus populus Israel, sacerdotes et Levitæ, à populis terrarum et abominationibus eorum, Chananæi videlicet, et Hethæi, et Pherezæi, et Jebusæi, et Ammonitarum, et Moabitarum, et Ægyptiorum, et Amorrhæorum.

2. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis suis, et commiserunt semen sanctum cum populis terrarum: manus etiam principum et magistratum fuit in transgressione hæc primâ.

3. Cùmque audissem sermonem istum, scidi pallium meum et tunicam, et evelli capillos capitis mei, et barbæ, et sedi mœrens.

4. Convenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel pro transgressione eorum qui de captivitate venerant, et ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum:

5. Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione meâ, et scisso pallio et tunica, curvavi genua mea, et expandi manus meas ad Dominum Deum meum,

6. Et dixi: Deus meus, confundor et erubescio levare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, et delicta nostra copererunt usque ad cœlum,

7. A diebus patrum nostrorum; sed et nos ipsi peccavimus graviter usque ad diem hanc, et iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, et reges nostri, et sacerdotes nostri in manum regum terrarum, et in gladium et in captivatem, et in rapinam et in confusionem vultus, sicut et die hæc.

8. Et nunc quasi parum et ad momen-

tractarunt. Alii, *lenaverunt*, nempe onere et impedimento; q. d.: Non fuerunt eis impedimento. (Synopsis.)

SATRAPIS. In textu: *ΣΑΤΡΑΠΗΝ*, *achadarpeni*. Septuaginta: *Domestici regis*, vel rerum illius procuratoribus. Syrus: *Principibus*. Tertius Esdræ: *Regibus dispensatoribus, et subregibus Cælesyriæ et Phœnicis*.

ELEVAVERUNT POPULUM ET DOMUM DEI. Hoc ingenium est optimatum, ut ad mores principis totos se forment, sententiâ, animam, verba, omnia. (Calmet.)

## CHAPITRE IX.

1. Après que cela fut fait, les princes vinrent vers moi, disant: Le peuple d'Israël, les prêtres et les Lévités ne sont point séparés des abominations des peuples de ce pays, des Chananéens, des Héthéens, des Phéréziens, des Jebuséens, des Ammonites, des Moabites, des Égyptiens et des Amorrhéens;

2. Car ils ont pris de leurs filles pour eux et pour leurs fils, et ils ont mêlé la race sainte avec les nations; et même les princes et les magistrats se sont rendus coupables les premiers de cette violation de la loi.

3. Lorsque je les eus entendus parler ainsi, je déchirai mon manteau et ma tunique; je m'arrachai les cheveux de la tête et les poils de la barbe, et je m'assis accablé de tristesse.

4. Tous ceux qui craignaient la parole du Dieu d'Israël s'assemblèrent auprès de moi, à cause de la transgression de ceux qui étaient revenus de la captivité; et je demeurai assis et tout triste jusqu'au sacrifice du soir.

5. Et lorsqu'on offrait le sacrifice du soir je me levai de mon affliction; et, ayant mon manteau et ma tunique déchirés, je me mis à genoux, et j'étendis mes mains vers le Seigneur mon Dieu,

6. Et je lui dis: Mon Dieu, je suis dans la confusion, et j'ai honte de lever les yeux devant vous, parce que nos iniquités sont multipliées sur nos têtes depuis le temps de nos pères, et que nos péchés se sont accrûs jusqu'au ciel.

7. Nous sommes tombés aussi nous-mêmes jusqu'aujourd'hui dans de grands péchés; et nos iniquités ont été cause que nous avons été livrés, nous, nos rois et nos prêtres, entre les mains des rois des nations, et que nous avons été abandonnés à l'épée, à la servitude, au pillage, aux insultes et à la confusion, comme nous le sommes encore en ce jour-ci.

8. Et maintenant à peine le Seigneur notre

tum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, ut dimitterentur nobis reliquiæ, et daretur nobis pax illius in loco sancto ejus: et illuminaret oculos nostros Deus noster, et daret nobis vitam modicam in servitute nostrâ,

9. Quia servi sumus, et in servitute nostrâ non dereliquit nos Deus noster, sed inclinavit super nos misericordiam coram rege Persarum, ut daret nobis vitam, et sublimaret domum Dei nostri, et extrueret solitudines ejus, et daret nobis sepem in Judâ et Jerusalem.

10. Et nunc quid dicemus, Deus noster, post hæc? quia dereliquimus mandata tua,

11. Quæ præcepisti in manu servorum tuorum prophetarum, dicens: Terra ad quam vos ingredimini, ut possideatis eam, terra immunda est, juxta immunditiam populorum, cæterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleverunt eam ab ore usque ad os in coinquinatione suâ;

12. Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, et filias eorum ne accipiatis filiis vestris, et non quærat is pacem eorum et prosperitatem eorum usque in æternum: ut confortemini, et comedatis quæ bona sunt terræ, et hæredes habeatis filios vestros usque in seculum.

13. Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, et in delicto nostro magno, quia tu, Deus noster, liberasti nos de iniquitate nostrâ, et dedisti nobis salutem, sicut est hodie,

14. Ut non converteremur, et irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia jungeremus cum populis abominatum istarum. Numquid iratus es nobis usque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem?

15. Domine Deus Israel, justus es tu, quoniam derelicti sumus, qui salvaremur sicut die hæc. Ecce coram te sumus in delicto nostro: non enim stari potest coram te super hoc.

Dieu a-t-il depuis quelque temps écouté nos prières, et commencé de nous faire grâce pour nous laisser quelques restes et nous donner un établissement dans son lieu saint, aussi pour éclairer nos yeux et nous laisser un peu de vie dans notre servitude;

9. Car nous sommes esclaves, et notre Dieu ne nous a pas abandonnés dans notre captivité; mais il nous a fait trouver miséricorde devant le roi des Perses afin qu'il nous donnât la vie, qu'il élevât la maison de notre Dieu, qu'il en relevât les ruines, et qu'il nous laissât un lieu de retraite dans Judâ et dans Jérusalem.

10. Et maintenant, ô notre Dieu, que dirons-nous, après de telles choses? car nous nous sommes écartés des commandements

11. Que vous nous avez donnés par la main des prophètes vos serviteurs, en nous disant: La terre que vous allez posséder est une terre impure, selon la souillure des peuples et des autres terres, à cause de leurs abominations qui l'ont remplie d'un bout jusqu'à l'autre par leur infamie.

12. C'est pourquoi ne donnez point vos filles à leurs fils, ne prenez point leurs filles pour vos fils, et ne recherchez jamais ni leur paix ni leur prospérité, afin que vous deveniez puissants, que vous mangiez les biens de la terre, et qu'après vous vos enfants en héritent et en jouissent pour jamais.

13. Et après tous ces maux qui nous sont arrivés à cause de nos œuvres très-dérégées et de nos grands péchés, vous nous avez délivrés de notre iniquité, ô notre Dieu! et vous nous avez sauvés, comme nous le voyons aujourd'hui,

14. Afin que nous ne retourmassions point à rendre vains vos commandements, et que nous ne contractassions point de mariages avec les peuples abandonnés à toutes ces abominations. Serrez-vous irrité contre nous jusqu'à nous perdre entièrement, sans laisser aucun reste de votre peuple pour le sauver?

15. Seigneur, Dieu d'Israël, vous êtes juste, puisque nous avons été réservés pour être sauvés ainsi que nous le sommes en ce jour. Voici que nous sommes devant vous dans notre péché; car après cela nul ne peut subsister devant vous.



1. Et cum finita essent hæc, accesserant ad me principes, dicendo: Non sunt separati populus Israel, et sacerdotes, et Levitæ, à populis terrarum in abominationibus eorum, Chenananei, Chithæi, Perisæi, Jebusæi, Hammonitæ, et Moabitæ, Misrite, et Emoræi. — 2. Quia tulerunt de filiabus eorum sibi, et filiis suis, et mixtum est semen sanctum cum populis terrarum, et manus principum et magistratum, fuit in prævaricatione ista prima. — 3. Et cum audissem verbum istud, scidi vestimentum meum, et pallium meum, et evulsi capillos capitis mei, et barbam meam, et sedi stupens. — 4. Et ad me congregantur omnes pavidi in verbis Dei Israel pro prævaricatione transmigrationis, et ego sedebam stupens usque ad sacrificium vespertinum. — 5. Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione meâ, et cum scidissem vestimentum meum, et pallium meum, curvavi me super genua mea, et expandi palmas meas ad Dominum Deum meum. — 6. Et dixi: Deus mi, pudore affectus sum, et erubui elevare, Deus mi, faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput, et delictum nostrum crevit usque ad cælum. — 7. A diebus patrum nostrorum fuimus in delicto magno usque ad diem hanc: et propter iniquitates nostras traditi sumus nos, reges nostri, et sacerdotes nostri, in manum regum terrarum, in gladium, et in rapinam, et in pudorem vultus, secundum diem hanc. — 8. Et nunc modico momento, fuit miseratio (deprecatio) à Domino Deo nostro, ut derelinqueret nobis evasionem, et daret nobis clavum in loco sanctitatis ejus, ut illuminaret oculos nostros Deus noster, et daret nobis vitam modicam in servitute nostrâ. — 9. Quia servi sumus, et in servitute nostrâ non dereliquit nos Deus noster, et inclinavit super nos misericordiam coram rege Paras, ut daret nobis vitam, ut exaltaret domum Dei nostri, et stare faceret solitudines ejus, et daret nobis sepem in Jehudah et in Jerusalem. — 10. Et nunc quid dicemus, Deus noster, post hoc? quia dereliquimus præcepta tua. — 11. quæ præcepisti per manum servorum tuorum prophetarum, dicendo: Terra ad quam ingredimini, ut possideatis eam, terra immunda est juxta immunditiam populorum terrarum, secundum abominationes eorum quibus repleverunt eam ab ore ad os in immunditiam suâ. — 12. Et nunc filias vestras ne detis filiis eorum, et filias eorum ne accipiat filii vestri, et ne queratis pacem eorum, et bonum eorum usque in seculum, ut confortemini, et comedatis bonum terræ, et hæreditate accipere faciatis filios vestros usque in seculum. — 13. Et post omne quod veni super nos propter opera nostra mala, et propter delictum nostrum magnum (quia tu Deus noster prohibuisti ne essemus deorum propter iniquitates nostras, et dedisti nobis evasionem secundum hoc). — 14. Numquid convertentur ad dissipandum præcepta tua, et ad affluendum contrahendam cum populis abominationum istarum? Numquid non trasceris in nos usque ad consumptionem, ut non sit residuum, et evasio? — 15. Domine Deus Israel, justus es tu, quoniam residui sumus, et evasio secundum diem hanc. Ecce sumus coram te in delictis nostris: non enim est stare coram te propter hoc.

VERS. 1. — ACCESSERUNT AD ME, id est, ad-moverunt sese, q. d., suâ sponte et ultrò venerunt ad me. POPULUS. Intelligit plebem ac vulgum. Loqui videtur de his qui cum Zorobabele redierant. TERRARUM, id est, aliarum regionum ac provinciarum, nempe Chanaanæorum. Seipsum mox declarat. IN ABOMINATIONIBUS EORUM. Noster legit 2 pro 2, quod est in textu. Verti potest textus: Secundum abominationes eorum, nempe Chenananei, etc., id est, opera eorum mala, similia sunt operibus Chanaanæorum, etc., eadem faciunt quæ facere solebant Chananæi, etc. (1).

(1) VERS. 1. — POSTquam AUTEM. Filii Israel qui de Babylone venerant cum Zorobabele et Josue, videntes quod uxores suæ de populo Israel essent deturpate, et contractæ ex labore itineris, et aliis miseris quas sustinebant in viâ, cum venissent in Judæam, con-

VERS. 2. — DE FILIABUS EORUM. Mulieres autem alliciebant et pertrahabant viros suos temperant esse, et pro magna parte abjecerunt, accipientes sibi uxores alienigenas contra præceptum legis Deut. 7, eo quod erat occasio idololatriæ, quia Salomon sapientissimus per uxores alienigenas fuit ad idololatriam tractus, et hæc transgressio fuit denuntiata Esdræ sacerdoti per illos qui venerant cum eo, et hoc est quod dicitur. (Lyræus.)

NON EST SEPARATUS POPULUS. Non abstinent populus à sociandis nuptiis cum gentibus idolorum cultoribus.

ABOMINATIONIBUS, peccatis. (Menochius.) POSTquam HÆC COMPLETA SUNT. Nempe, post curata corpora labore fatigato, traditis thesauros, etc.; tempus convenientes deliquit Esdras, quando otii, consilii, virtutum plurimum tunc habuerant; nec res spatium ad excusationes comminiscendas, vel ad conjunctionem, vel ad corruptendos iudices, sufficiens erat. ACCESSERUNT AD ME PRINCIPES, etc. Rectè pec-

ad cultum deorum alienorum. ET MANUS PRINCIPUM, etc., id est, principes quidem et magistratus, omnium primi cooperant hoc facto transgredi legem Dei, et prævaricari in eam. Prima refertur ad 2 Manus (1).

VERS. 5. — VERBUM ISTUD, nempe legem Dei esse violatam. CAPILLOS, vel, de pilis, id est, partem pilorum et barbæ. ET SEDI STUPENS, vel, et desedi pavidus, attonitus, præ admiratione scilicet, q. d., scissione vestimentorum meorum, etc., volui ostendere ac testari dolo-

cata deferunt ad eum cui summa erat potestas; non apud plebem, nedum apud homines factiosos, qui occasione ad res novas oblatæ gaudent. Ne ergo magistratum vitia traducamus et amplificationem apud plebem: sic enim in odium et contemptum is ordo adducitur (quem utilissimum erat auctoritate et benevolentia plurimum valere), seditiosus ad tumultus via aperitur nec quicquam momenti ad vitiorum emendationem affertur. NON EST SEPARATUS POPULUS ISRAEL, etc. At Deus ipso à nationibus aliis segregavit, iisque ipsos anteposuit. Meminerimus societatem cum impiis perniciosam esse, et divinitus vetitam. (Wolphius.)

ET AMMONITARUM, ET MOABITARUM, etc. Cùm illi populi tam longè abfuissent à Babylone, ubi commorati fuerant Judæi, quomodo hi cum illis conubia inire poterant? Resp. 1<sup>a</sup>: Hi quoque populi à Nabuchod. subacti fuerunt, et Babylone traducti, indeque post annos 70 redierunt: quæ omnia prædixit Jeremias, cap. 25, vers. 9, 10, 11, etc. Resp. 2<sup>a</sup>: Vel de his hic agitur qui cum Zorobabele venerant, et post reditum suum in hoc crimen incidere facile poterant. (Synopsis.)

(1) MANUS ETIAM PRINCIPUM. Notandum hic, quam grave peccatum æstimetur in Scripturâ sacrâ ducere jugum, id est, inire conubia cum infidelibus. De quibus Dominus 3 Reg. 2: Certissimè enim avertent corda vestra, etc. (Estius.)

VERS. 2. — TULERUNT ENIM DE FILIABUS EORUM SIBI UXORES. Nota: Deus Exodi 34, et Deuter. 7, 3, præceperat Judæis ne uxores ducerent Chanaanæas, quæ incolebant terram sanctam à Judæis occupandam, idque ob periculum perversionis, ne scilicet ab idololatriis usque per pellicentur ad colendum idola, ut insinuat Nehemias, cap. ult. vers. 24 et 26. Idem iudicium erat de Ammonitis, Moabitibus, Ægyptiis, etc.; intellige, nisi uxores prius abjectis idolis ad Deum verum et Judæis non se converterent; tunc enim licebat eas ducere, uti Salmon duxit Rahab, et Booz duxit Ruth. (Corn. à Lap.)

FUIT IN TRANSGRESSIONE HÆC PRIMA. Non minus principes quam plebeios hic accusant, quò justitiam et integritatem suam ostendunt. Creditibile est eos antea monendo atque dehortando nihil profecisse, impeditos multitudinem et potentia delinquentium; post, adeptos hoc auxilium Esdræ, non deum aggressos esse. Exemplum hoc nobis constanter, et ne spem alijcimus, si vitæ morumque emendatio primâ vice non successerit. (Wolphius.)

tem cordis mei, et zelum quem habebam eo transgressionem legis Dei (1).

VERS. 4. — PAVIDI, etc., vel, trepidantes, id est, omnes timentes verbum Dei. TRANSMIGRATIONIS, id est, eorum qui transmigraverant in Babylone, unde tamen postea redierant duce Zorobabele. USQUE AD SACRIFICIUM VESPERTINUM, id est, usque ad tempus quo fieri solet sacrificium vespertinum. Fieri solebat inter duas vespères, seu ad horam diei nonam (2).

(1) VERS. 5. — SCIDI PALLIUM MEUM ET TUNICAM. Utinamque lacervat, ad testandum magnitudinem doloris; vestem lacere mos Judæis, ubi Deum offendi vident. Mos hic in Iuctu, Gen. 37, 24, Num. 14, 6, Jos. 7, 6. Idem fecerunt gentes. Job. 4, 20: Lacedæmonii, reâ Mardonii infeliciter gesta, Herodot. 6; Sabini, Liv. 4; Latinius rex, Æneid. 12.

EVULSI CAPILLOS. Comas vellere, lacere, laniare, mos omnium propè gentium: cujus mentio apud Homerum, qui dixit εὐλυσσέτω καὶ χλαίνας. Virgil., Ovid., Senec., Martial. Aliud est raptare comam; quod in Iuctu ob mortuos usurpabant. Capillos in Iuctu vellabant Agamemnon, Cic. 3 Tusc., Sisygamis mater Darii in Curtio. 1, 40, cap. 5; Chariclea in Heliod. 6, 17. Sic Ovid. Metamorph. 6:

Passos laniata capillos.

Lugenti similis.

Hoc autem fecit Esdras, non religiosæ superstitionis ergo, Levit. 19, vers. 27, et Deut. 14, vers. 1, sed præ gravitate morosis. ET SEDI MOERENS, in loco à conventu hominum remoto. In atrio templi, quò confluebant, cap. 10, 1. Non est quòd impatientiam et mollitiem quisquam huic nostro objiciat, cùm ei hæc doloris indicia non privata calamitas, sed publica miseria, extorsit. Periclitabatur enim legum auctoritas, salus publica, gloria divinis; quæ illi imprimis. Sicut Job tunc capite sedit in terrâ, lamentabatur autem iste peccata aliorum tanquam sua: quia erat membrum illius populi, sicut et Daniel, cap. 9, confiteatur peccata populi Israel tanquam ipsorum participes, licet esset innocens. (Lyræus.)

(2) QUI DE-CAPTIVITATE VENERANT. Tam sub Dario, quam sub Artaxerxe, nam qui sub Cyro, jam tere defuncti erant, agebant enim annus octagesimus à solutâ primùm captivitate. (Lyræus.)

QUI DE-CAPTIVITATE VENERANT, non cum Esdrâ postremò, sed diu antea cum Zorobabele primùm.

USQUE AD SACRIFICIUM VESPERTINUM. Usque ad tempus, quò tradebatur sacro igni holocaustum quotidianum. Duo adolebantur holocausta, mane scilicet ac vespere; matutinum, summo mane ante cætera sacrificia; vespertinum sacrificia omnia illius diei claudenda, quare non offerebatur nisi sole jam occidens: Inter duas vespères. Solem esse Judæis, jejuniis usque ad exortum siderum progare. (Calmet.)



VERS. 5. — CURVAVI ME SUPER GENA MEA, VEL, accidit in genua (1).

VERS. 6. — SUPER CAPUT. Hebraismus, id est, ad eum multiplicata sunt, ut excedant capita

(1) VERS. 3, 6. — Et lorsqu'on offrait le sacrifice du soir, je me levai de l'affliction où j'étais été ; et ayant mon manteau et mes tuniques déchirés, je me mis à genoux, et j'étendis mes mains vers mon Seigneur et mon Dieu ; et je lui dis : Je suis dans la confusion, etc. Ce n'est point ici un emportement et une impatience ; mais c'est un effet très-louable de la très-juste douleur dont ce saint prêtre fut pénétré, en considérant l'aveuglement si déplorable de son peuple, que les châtements de Dieu n'avaient point rendu plus sage, et dont le cœur ne lui était point devenu soumis après les rudes épreuves d'une si longue captivité. Tant s'en faut donc que Dieu pût être offensé par cet excès de la tristesse d'Esdras, qui déchire son manteau et sa tunique, et qui s'arrache les cheveux et la barbe ; qu'une douleur plus modérée lui aurait été moins agréable en cette rencontre, où il s'agissait de faire éclater aux yeux de tout Israël ses sentiments, et leur inspirer, par toutes ces marques extérieures de sa profonde tristesse, une plus grande horreur de leurs crimes. Il sait que les sacrifices sont destinés pour honorer la grandeur de Dieu. Et le sacrifice du soir, dont il est parlé ici, s'offrait tous les jours, aussi bien que le sacrifice du matin, pour lui rendre un perpétuel hommage. Mais ce docteur, si éclairé, et ce saint prêtre, si zélé pour la vraie gloire du Dieu d'Israël, est très-convaincu que ces mêmes sacrifices ne peuvent lui plaire, et lui sont même en horreur, lorsqu'on manque en même temps à lui obéir. Il se souvenait sans doute de ce qu'un prophète, envoyé de la part de Dieu, avait déclaré sur ce sujet, au roi Saül, lorsqu'il lui dit : *Sont-ce des holocaustes et des victimes que Dieu demande ? et ne demande-t-il pas plutôt qu'on obéisse à sa voix ? L'obéissance est meilleure que les victimes, et il vaut mieux lui être soumis, que de lui offrir les plus gras d'entre les bœufs ; car c'est une espèce d'idolâtrie de ne se pas rendre à sa volonté.* Il se souvenait encore de ces paroles foudroyantes que le même Dieu dit par la bouche d'un autre prophète à son peuple d'Israël, qui l'avait abandonné : *Qu'ai-je affaire de cette multitude de victimes que vous m'offrez ? Tout cela m'est à dégoût. Je n'aime point les holocaustes de vos bœufs, ni la graisse de vos troupeaux. Ne m'offrez plus de sacrifices inutilement. L'encens m'est en abomination. Je ne puis plus souffrir vos sabbats et vos autres fêtes ; l'iniquité règne dans vos assemblées.*

Esdras, considérant donc que ce sacrifice du soir, qu'on offrait alors, ne pouvait être agréable à Dieu, tant que son peuple violait sa loi, se mit devant tout le monde, en une posture de pénitence, et tout affligé, comme il était, ayant son manteau et sa tunique déchirés, étendant ses mains vers le temple, devant lequel il se tenait prosterné, il s'efforça de fléchir Dieu par sa prière, et de toucher en même temps le cœur de son peuple par l'exemple de sa profonde humiliation. Car, quelque innocent

notre : hoc est, ut obruant nos, q. d., obruti sumus iniquitatibus nostris. Metaphora sumpta est ab aquis. USQUE AD CŒLUM. Hyperbole, id est, adeo creverunt, ut cœlum ipsum pertingere viderentur.

VERS. 7. — A DIEBUS PATRUM, etc., q. d., non solum hoc tempore cepimus peccare in Deum. FUMUS, vel, sanus. Et in PUDOREM VULTUS, id est, in confusionem. SECUNDUM DIEM HANC, id est, ut videre est. Vel, ut hoc quoque die apparet (1).

VERS. 8. — NUNC MODICO MOMENTO, etc., ad verbum. Et nunc juxta parvum, modicum momentum, vel, parvum momenti, Hebraismus, in quo nonnulla subaudienda, ac si dicat : Cum magna et multa essent peccata nostra, modico momento, sive subito ac repente, miseris nostri Dominus Deus nostro. EYATIONEM. Hebraismus, id est, ita ut relinquere ex nobis aliqui qui evaderent, servarentur ac liberarentur. CLAVUM, vel, paxillum, id est, sedes certas, fixas, stabiles ac permanentes. Solent enim de paxillis dependere vestes et cætera hujusmodi. Vel metaphora est ducta à

qu'il fit, il ne se sépara point de tous ceux qui avaient péché. Il prit sur lui la confusion de tout Israël, et se déclarant coupable avec eux, il travailla à leur inspirer quelque chose de cette douleur salutaire, dont il se sentait percé à cause de leurs péchés.

(Sacy.)

Dolet Esdras ob suorum hominum peccata, tanquam sui ipsius essent ; idque, 1<sup>o</sup> propter conjunctionem eorum secum, tum naturā ; tum Religionem ; 2<sup>o</sup> quod ob unius noxam multi sæpe plectuntur, et viri pii in eadem sunt cum peccantibus navi. SUPER CAPUT NOSTRUM. Metaphora ab aquis. Notum est aquis afflictiones significari. Totti demersi sumus in peccatis.

(Synops.)

(1) VERS. 7. — IN INIQUITATIBUS NOSTRIS TRADITI SUMUS. ... IN MANIBUS REGUM SERVATI. ... Sicut et die hac. Libertate licet donati fuissent Judæi à Gyro, Dario, et Artaxerxe, facti redeundi in patriam potestate, totius tamen gentis corpus dispersum adhuc per varias regiones vagabatur exul, non per imperium modò regum Persarum, sed per Ægyptum atque insulas pulsi regionis sue calamitatibus, quas sub Nabuchodonosore passi sunt. Decem tribus penitus fermæ adhuc exulabant. Juda et Benjamin pro majori parte trans Euphratem adhuc extorres erant. Merito igitur Esdras minimam illam Judæorum et captivitate redeum turbam perinde habet, ac parvam naufragorum manum in communi naufragio servatam. (Calmet.)

A DIEBUS PATRUM NOSTRORUM. Prout habetur 4 Reg., quod tempore Manasse regis Judæ, et Seduciæ, et plurium aliorum, multiplicata fuerunt peccata valde.

Et IN INIQUITATIBUS. In manibus regis Ægypti, et regis Babilonis, et Assyriorum, ut patet in pluribus locis 4 Reg. (Lyranus.)

paxillis, sive iis quibus tabernacula firmantur ; vide Isai. 33, 30, sive iis qui panguntur in litore, circa quos navium volvuntur rudentes, ad firmandas naves. Alii per clavum intelligunt principem de gente Judæicâ : à principe enim dependet populus, ut vas de paxillo. Vide Isai. 22, 23. OCULOS NOSTROS. Oculos mentis intelligit, sive animi, id est, ut ostenderet nobis justitiam suam et misericordiam, et ita agnosceremus peccata nostra, ac tandem respiceremus. Oculi Judæorum erant gravitate calamitatum offusi, et defecti. VITAM MODICAM, vel, modicum vitæ, id est, parvum respirations, refrigerii et solatii (1).

VERS. 9. — QUIA SERVI SUMUS. Declarat præcedentem versum : Servi enim sumus regis

(1) VERS. 8. — NUNC QUASI PARVUM ET AD MOMENTUM FACTA EST DEPRECATIO NOSTRA : præcibus nostris Deus aurem præbuit aliquantulum, sequè nobis benevolam exhibuit veluti ad momentum. Respirandi inter tot mala breve aliquod intervallum concessit, ne penitus periremus : nos verò, cum pacati iudicis clementia agnoscenda esset. nequitiam amori rependimus. Alter : Nequidquam obstantibus præteritis criminibus, Dominus propitiis aures, statim ut vocem se suscipiit deulimus, accommodavit. Vel potius : Quasi adhuc levia à Numine reciderimus, ita nos agimus, ut ejus iram provocemus, ac flagella iterum in caput nostrum inducamus. Denique : Momentum est, ex quo Deus exorandum se nobis præbuit, quos è vinculis servitutis eduxit, et nos iterum irritamus ejus clementiam, sanctis ejus legibus violatis.

ET DARETUR NOBIS PAXILLUS IN LOCO SANCTO : daretur scilicet nobis paxillus, vel clavus, nempe sedes fixa in loco sancto. Locum nobis in regione hæc sua dedit, ubi tentoria nostra erigeret ac fuleire paxillis, lumi defixis, possemus ; denique concessit, ut in Judæa iterum sedem haberemus. Alter : Permisit nobis ut clavum figeremus parieti domus sue, cui clavis res nostras vestesque suspendere. Expone id solum de principibus ac magistratibus, è quibus populi pendit, veluti res clavo parieti infixæ suspense. Agens Isaias 22, 21, de Eliacimo Heliotho filio, qui dignitate politurus erat in Judæa : *Figam illum, aut, paxillum in loco fidei, id est, in loco firmo et stabili ; et suspendent super eum omnem gloriam domus patris ejus ; vasorum diversa genera. Ut locus ei fiat, auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fidei, et frangetur, et cadet, et peribit quod pependerat in eo.* Innuit his verbis Sobnam, cui Eliacim successit. Latini quidam codices pro paxillus ferunt, *paxillus*.

ET ILLUMINARET OCULOS NOSTROS, ut nos educeret è statu servitutis, oppressionis, doloris, tenebrarum, in quibus servabamur, atque in libertatem et lætitiâ revocaret.

ET DARET NOBIS VITAM MODICAM IN SERVITUTE NOSTRA. Hebræi cum quæpiam ex ingenti periculo et servitute evasisset narrant, vite restitutum, eductum è sepulcro et umbrâ mortis aiunt. (Calmet.)

Babyloniorum, etc. ET INCLINAVIT, vel, sed extendit. UT DARET NOBIS VITAM, id est, ut siheret nos vivere, et aliquantulum respirare. UT EXALTARET, vel, ut erigeret. Istud præcedenti verbo ita connectitur, ut in vitâ nostrâ, sive nobis viventibus, nostroque tempore extrueretur, sive instauraretur templum. ET STARE FACERET, id est, instauraretur ruinas ejus. SEPEM. Sic vocat monumentum quædam moenia, id est, ut tuti incoleremus Judæam et Jerusalem ultra injuriam hostium. Solent enim sepe arcerè feras ab agris (1).

VERS. 10. — POST NOC' ITA, posteaquam omnia illa evenerunt nobis ? QUIA DERELIQUIMUS. Quidam exponunt, cum dereliquerimus præcepta ac mandata tua (2).

(1) VERS. 9. — DARET NOBIS SEPEM IN JUDA, confinium, locum scilicet ab hostibus tutum in Judæa. Animadversum est, Carthaginienses urbi, que modo Cadix, vel Cadice appellatur, nomen indidisse Gadir, quod et hic legitur, et sepe in septum significat. Latini quidam veteres codices pro sepe ferunt spem. Mœnibus septa Hierosolyma non fuit, nisi aliquantulum post sub Nehemiâ. (Calmet.)

(2) VERS. 10. — QUIA DERELIQUIMUS MANDATA TUA, que præcepti in manu servorum tuorum prophetarum, scilicet Mosi et Aaron, quia Moses accipit mandata à Deo, et Aaron Moyses proponebat ea populo, ut habetur Exod. 4. (Lyranus.)

Et maintenant, à mon Dieu, que dirons-nous après tant de grâces, puisque nous avons violé vos commandements. Le grand sujet de la confusion que le prêtre Esdras témoigne ici en la présence de Dieu, est cette comparaison qu'il fait de tant de grâces, dont il reconnoît qu'Israël lui est redevable, et surtout de la dernière, par laquelle ils avaient été délivrés de la captivité, et de l'horrible ingratitude avec laquelle ils avaient tout de nouveau violé sa loi, en s'alliant, contre sa défense, avec les Chanaanéens, et en embrassant leurs abominations. C'est peut-être aussi ce qui l'a porté auparavant à s'exprimer en ces termes remarquables, que Dieu avait écouté un peu leurs prières, et leur avait fait une grâce comme d'un moment. Car la crainte où il était que ce nouveau violement de la loi de Dieu ne leur attirât des châtements tout nouveaux, lui faisait envisager la grâce de leur délivrance, comme une grâce d'un moment, et sur laquelle ils ne devaient pas s'appuyer beaucoup. On peut-être même qu'il appelle l'assistance qu'ils avaient reçue, une grâce d'un moment, parce qu'ils étaient déjà tombés devant Dieu, en abandonnant sa loi, et qu'ils avaient mérité, dès lors, d'être abandonnés de lui, et de retomber dans la même captivité qu'apparaissent : car c'est ce qui lui fait dire à Dieu dans la suite : O Seigneur, serez-vous en colère contre nous, jusqu'à nous perdre entièrement, sans laisser aucun reste de votre peuple pour le sauver ? Ce qui est de même que s'il lui ait dit : Après une si grande infidélité, qu'avons-nous, Seigneur, à attendre, que les effets les plus rigoureux de votre co-



VERS. 11. — QUE PRÆCEPIT, etc., q. d., non potuimus ea ignorare. Vide Deut. 7, 5. TERRARUM, id est, aliarum nationum. AB ORÉ AD OS, id est, usque ad summam. Metaphora à vase quod plenum est ad altra usque (1).

VERS. 12. — NE QUERATIS PACEM EORUM ET BONUM EORUM. Hebraismus, id est, ne curetis salutem eorum: nihil posthac sit vobis cum illis commune. Eandem locutionem habes Deut. 25, 6 (2). Ut CONFORTEMINI, id est, ut sitis fortiores illis: vel, ut fortiores facti, possitis illis resistere.

VERS. 15. — PROHIBUITI, sub. teipsum, vel, iram tuam. Ne ESSEMUS DEORUM PROPTER INIQUITATES NOSTRAS. Hebraismus, id est, cohibuisti te, ne propter iniquitates nostras deprimeres nos ac pessundares: vel, ne prorsus inferiores essemus inimicis nostris, ut resurgere non liceret nobis: nam statim subijci: *Et dedisti nobis evasionem*, etc. Sic Deut. 28, 15: *Constituet te Dominus in caput et non in caudam: et eris semper supra, et non subter*, etc. (3) Alii vertunt: *Infra iniquitates nostras*,

lire? Mais, mon Dieu, voudriez-vous donc vous mettre en colère contre nous, jusqu'à nous perdre entièrement? Et ne vous souviendrez-vous point de votre miséricorde que vous nous avez promise en la personne d'Abraham, notre père, et de David, votre fidèle serviteur? Voudriez-vous exterminer tout Israël? (Sacy.)

(1) VERS. 11. — REPLEVERUNT EAM AB ORÉ USQUE AD OS, כָּפֵה מִן הָרֶגֶל אֶרְצָה, ab arā ad oram, vel à limite ad limitem, tanquam amnis exundans, seu vas ad labium usque plenum. (Calmet.)

AB ORÉ, USQUE AD OS, IN CONQUINCTIONE SUA, id est, abundanter nimis, sicut 4 Reg. 21, dicitur quod Manasses effudit sanguinem innoxium multum nimis, et implevit Jerusalem sanguine prophetarum usque ad os. (Lyranus.)

(2) VERS. 12. — ET NON QUERATIS PACEM EORUM, id est, gentium vicinarum. Nihil posthac sit vobis cum illis commune. Nunquam sancti cum illis pacem aut fœdus, sed illis in fœdus estote, illos perditæ. Vide de hac parte Deut. 25, 6. Dices nos obligatos esse diligere proximum, licet inimicum, adeoque illi bona temporalia prestare. — Resp. 1. Ita sanè, quatenus vel eos vel nos non remorentur à bonis æternis. Quòd si sic reddantur peiores, vel nos in periculum seductionis conjecti simus, ut erat in proposito, tunc non tenemur illi externa signa benevolentie exhibere. 2. Illi secundum divinam justitiam poterant interfici. (Et Deus, summus viæ necisque arbiter, qui omnes homines jure poterat morte afficere, non injurià hos, præ aliis sceleratos, pœnæ addicere potuit.) (Synops.)

(3) VERS. 15. — PROHIBUITI DEORUM A PECCATIS, etc., id est, ne ab is suffocemur. Admirabilis hæc sermonis forma ostendit peccati proprium esse, ut obruat, opprimat, suffocet, et conscientias desperatione, corpora morbis

id est, non punivisti nos pro ratione peccatorum nostrorum, et prout eramus meriti. Ex doctioribus Hebræorum alter exponit: *Tu prohibuisti in inferiori loco peccata nostra, non sursum ascenderent contra nos: juxta illud Michææ 7, 19: Et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra*. SECUNDUM HOC, id est, qualis nunc apparet (1).

VERS. 14. — AD DISSIPANDUM, vel, ut dissipemus. Peccatis nostris et legum vincula, et initæ cum Deo societatis jura, et nexus consociationis humane, et animi, corporis, et externa bona omnia dissipantur. Et ad AFFINITATEM CONTRAHENDAM. Hic? et pro id est positum. Exponit enim quæ peccata intelligat, nempe *affinitatem contrahere*, etc. ADOMINATIONE ISTARUM? id est, qui has abominaciones admittere solent. INASCERIS IN NOS, sub., si hæc fecerimus. RESIDUUM, ET EVASIO? id est, ut neminem in nobis relinquis qui evadat (2).

et morte, bona externa damnis afflicta, nisi nos Christus levet. (Synops.)

(1) ET POST OMNIA, supple, quæ transgressoribus legum tuarum justè minutas fueras, jam in nobis septuaginta et pluribus annis completa: *Quia tu Deus noster*, quo es animo plurquam paterno in tuos, rursum misericorditer inuivisti flagella, et liberasti nos iterum, sicut est hodie. Et de facto experimur, idque providè fecisti, ut illicti novo, et insperato beneficio, et sic magis magisque tibi obstricti, non iterum ad pristina scelera converteremur. Nos nihilominus, oblitii jam omnium tum veterum peccatorum, tum beneficiorum recentium (quæ humana est fragilitas et ingratitude), relapsi sumus in pristina scelera, et cum gentilibus populis istis abominandis matrimonium junximus. (Tirinus.)

(2) VERS. 14. — UT NON CONVERTEREMUR, ET IRATA FACEREMUS MANDATA TUA; ne terga verteremus retrò, utaque mandata violaremus. Seu potius: Ne iterum præceptis tuis refragaremur; ne ad pristinam nequitiam redeiremur. Hebræus ad litteram: *Nunquam converteremur ad infringenda præcepta tua? Iterumne te ad iracundiam provocabimus?* (Calmet.)

Admiratur Esdras immensam Dei in Judæos clementiam, quòd eos ob tanta scelera in Babylone non dereliquerit, nec planè disperderet, sed pepercit; quin et novis magnisque donis auxerit, nimirum libertate, reditu in patriam, restauratione urbis et templi; adeò ut beneficiis suis cum ipsorum ingratitude et maleficiis certasse videatur. Hæc est divina clementia omnem humanam superans, et Deo soli propria.

NON QUID IRATUS ES NOBIS USQUE AD CONSUMATIONEM (ut nos planè disperderes et consumeres) NE DEMITTERES NOBIS RELIQUIAS AD SALUTEM? ne scilicet ex tot millibus Judæorum salvares paucos aliquos, quasi populi reliquias? q. d.: Mipnè gentium; licet enim tu id optimo jure

VERS. 15. — QUONIAM RESIDUI SUMUS, etc., q. d., multi quidem ex nobis perierunt, idque justo Dei judicio: aliquot tamen servati sunt (1), magnà ipsius Dei misericordià, ut ho-

nobis facere potuisses ob nostra scelera, tamen nolivisti. Vixit enim tua clementia tuam justitiam, ut non tantùm paucas reliquias, sed multa millia Judæorum tam in Judæa quàm in Babylone salvâris, et in vitâ conservâris, quæ pristinum Israelis ac reipublicæ et Ecclesiæ tuæ decus et splendorem quasi emortuum suscitabant, et reditivum gloriosumque exhibebunt. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 15. — JUSTUS ES TU, QUONIAM DE-RELICTI SUMUS QUI SALVAREMUR, Sicut die HAG; nos reliqui SUMUS ex omni populo, qui salutem ex te opprimur. Vel aliter: Justus es tu, Domine, qui modicas hæcæ populi tui reliquias, exteris æquissimâ justitiæ tuæ severitate dissipatis delectisque, mero clementiæ tuæ beneficio servari volueris. Vel: Agnosceimus, Domine, fore ut ne istæ quidem populi reliquæ vel servarentur, vel servitute liberarentur, quibus beneficiis hodiè fruuntur, siquidem cum illis ex justitiæ tuæ severitate agere voluissis. Denique: Justus es, Domine, nihilque beneficii ex te nos mereri lateamus: cum verò hæcæm hanc populi tui manum servâris, misericordiam nos impetraturos confidimus. (Calmet.)

O Seigneur, Dieu d'Israël, vous êtes juste. Nous sommes aujourd'hui les seuls restes de votre peuple, qui attendons le salut de vous; vous nous voyez abattus devant vos yeux, etc. C'est-à-dire, quelque raison que vous eussiez de nous perdre entièrement, à cause des abominations des infidèles, dont nous ne nous sommes point séparés, vous êtes trop juste, O mon Dieu, pour oublier les promesses que vous avez faites à vos serviteurs. Et quelque grande que soit notre ingratitude, votre miséricorde sera encore plus grande. Ou bien: il paraît, Seigneur, combien est redoutable votre justice, puisque nous voici les seuls restes de votre peuple, tous les autres avant éprouvé les tristes effets de votre fureur. Mais comme c'est par votre pure miséricorde que nous n'avons point péri avec tous les autres, c'est aussi de vous que nous attendons notre salut. C'est en votre seul bonté que nous mettons notre confiance. Et nous tenant abattus

## CAPUT X.

1. Sic ergo, orante Esdrâ, et implorante eo, et fente, et jacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cæcus grandis nimis virorum et mulierum et puerorum, et flevit populus fletu multo.

2. Et respondit Sechenias, filius Jehiel de filiis Elam, et dixit Esdræ: Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, et diximus uxores alienigenas de populis terre; et nunc si est penitentia in Israel super hoc,

die apparet. IN DELICTIS NOSTRIS, id est, peccatores. NON ENIM, etc., vel, non enim est consistere in conspectu tuo super contra hoc, id est, non sunt nobis vires, hoc est, opera bona, ut possimus resistere tibi, et excusationes quibus tegere possimus hanc nostram transgressionem ac prævaricationem.

deant vos gentes dans la vue d'une si grande infidélité de nous nous sommes rendus coupables, nous avouons qu'il ne nous reste aucune excuse, et que l'unique moyen d'espérer notre salut, est de nous anéantir comme des victimes en votre présence.

C'est, sans doute, d'une prière si touchante qu'on peut dire ce que S. Augustin disoit autrefois à Dieu sur un semblable sujet: *Quas tu precæ audis, si hoc non exaudis?* Quelles prières, Seigneur, exaucez-vous, si vous n'avez pas exaucé celle de ce prêtre, prosterné devant votre temple, humilié profondément devant vos yeux, et percé jusqu'au fond du cœur, par le crime de ses frères, qu'il s'attribuoit comme le sien propre? C'est là la sainte violence que vous voulez que vos serviteurs vous fassent. C'est ainsi que vous aimez à être importuné par les hommes. Vous ne refusez que ceux qui, pour ne connaître pas assez le prix de vos dons, ou pour n'être pas assez convaincus de leur propre indigence, sont froids et indifférents dans leurs prières. Il faut que les Justes, pour féchir votre miséricorde en faveur des criminels, se chargent eux-mêmes, en quelque façon, de leurs péchés, depuis que le juste et l'innocent par excellence a pris sur lui tout le poids des crimes des hommes, et s'est revêtu de la forme d'un pécheur pour sauver tous les pécheurs de votre colère. C'est en cela qu'ils paraissent ses vrais disciples, quoique leur justice ait elle-même lessin de votre miséricorde, sans laquelle nul des hommes ne peut être regardé comme juste devant vous. Et quoiqu'ils soient vos Fils ne se fût pas encore couvert de notre mortalité, c'étoit pourtant par la foi de son incarnation, que ces Justes de l'ancienne loi agissaient, et qu'ils méritoient que vous les exaucassiez, puisque vous n'avez jamais exaucé personne pour le salut, qu'en vue des mérites infinis de celui qui a été seul capable d'attirer votre miséricorde sur tous les pécheurs. (Sacy.)

## CHAPITRE X.

1. Lorsque Esdras pria de cette sorte, qu'il implorait la miséricorde de Dieu, qu'il pleura, et qu'il étoit prosterné devant le temple de Dieu hors du parvis des prêtres, une grande foule du peuple d'Israël, d'hommes et de femmes, et de petits enfans, s'assembla autour de lui; et le peuple versa une grande abondance de larmes.

2. Alors Sécénias fils de Jéhiel, l'un des enfans d'Elam, dit à Esdras: Nous avons violé la loi de notre Dieu; nous avons épousé des femmes des nations étrangères; et maintenant, si Israël se repent de ce péché,



3. Perentiamus fœdus cum Domino Deo nostro, ut projiciamus universas uxores, et eos qui de his nati sunt, juxta voluntatem Domini, et eorum qui timent præceptum Domini Dei nostri: secundum legem fiat.

4. Surge, tuum est decernere, nosque erimus tecum: confortare et fac.

5. Surrexit ergo Esdras, et adjuravit principes sacerdotum et Levitarum, et omnem Israel, ut facerent secundum verbum hoc, et juraverunt.

6. Et surrexit Esdras ante domum Dei, et abiit ad cubiculum Johanan filii Eliasib, et ingressus est illuc: panem non comedit, et aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum qui venerant de captivitate.

7. Et missa est vox in Judâ et in Jerusalem, omnibus filiis transmigracionis ut congregarentur in Jerusalem:

8. Et omnis qui non venerit in tribus diebus juxta consilium principum et seniorum, auferetur universa substantia ejus, et ipse abjicietur de cœtu transmigracionis.

9. Convenerunt igitur omnes viri Juda et Benjamin in Jerusalem tribus diebus, ipse est mensis nonus, vigesimo die mensis: et sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato et pluvii.

10. Et surrexit Esdras sacerdos, et dixit ad eos: Vos transgressi estis, et duxistis uxores alienigenas, ut adderetis super delictum Israel.

11. Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, et facite placitum ejus, et separamini à populis terræ, et ab uxoris alienigenis.

12. Et respondit universa multitudo, dixitque voce magna: Juxta verbum tuum ad nos, sic fiat.

